2445

publice ac libere recognovit Quia sibi Nlis Joannes olim Laurentij Brzozowsky
ex obligatione bonorum immobilium in haereditate Brzozowo Panki consistentium
sibi per eum inscripta viginti flore[n] polon[icales] ex integro persolvit. Ideo ipsum
quietat emittit et liberum facit inscriptionem eiusmodi cum toto effectu cassat
annihilat perpetuo extenuatque. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Ibidem Exemptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitanealibus Branscen[sibus] pers[onali]ter Comparens
Nobilis Joannes olim Laurentij Brzozowsky Nomine suo et Nlium Grego-
rij et Matthiae Brzozowskijorum fratrum suorum a quibus de rato et grato infra
maioris plenissima pacem cavet Sanus mente et corpore existens palam publi-
ce ac libere recognovit Quia sibi Nlis Albertus ol[im] Josephi Brzozowsky ex obli-
gatione bonorum immobilium in bonis Brzozowo Panki sitta olim parenti
suo per parentem eius inscripta tres flore[n] polon[icales] persolvit ideo ipsum
quietat emittit et liberum facit inscriptionem eiusmodi cassat et de libris
condescendit. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Brzoska Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] pers[onali]ter Comparens No-
bilis Martinus olim Vincentij Brzoska Sanus mente et corpore existens palam
publice ac libere recognovit. Quia Nobili Andreae Brzoska filio suo et eius
legitimae posteritati Medietatem omnium et singulorum bonorum suorum mo-
bilium et immobilium in haereditate Brzoski antiqua et alibi ubivis locorum consi-
stentem haereditariorum paternorum maternorum quaesitorum obligatoriorum
et alio quovis modo ac iuris titulo concernen[tium] utputa in areis hortis agris pratis
campis, sylvis stagnis, aedificijs curiis parvis et magnis. Cum omnibus inge-
nere et singulis in specie utilitatibus fructibus proventibus reditibus attinentijs
et pertinentijs nullis exceptis Cumque omni iure suo dominio proprietate pro-
pinquitate totaliqi haereditario pura mera syncera et irrevocabili donatio-
ne temporibus perpetuis dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit.
Cui eam ex nunc in vim realem cum pacifica possessione ac usufructu per mi-
nisterialem Regni Generalem et Nles duos officio accendendam dat et admit-
tit. Pacem quoqi tuitionem evictionem omnimodam occasione praemissorum
ab omni impedimento iuridico quarumlibet personarum propinquarum
et remotarum cuiusvis sexus, status et conditionis existentium percontra
omnes personas praed[ic]tas totiens quoties opus et necessarium fuerit cavet
sub damnis similiter taxatis et edicendis Et coram officio praesen-
ti in primo Terminorum termino peremptoria rationem pro damnis et laboris omni-
bus satisfactione. Omnibus controversijs exceptionibus allegationibus emanationibus
libellationibus infirmitatibus Motionibus appellationibus ac eorum quibus alijs pro-
sequendis praemissa eradere solendis imo his et alijs universaliter
cunctis iuris remedijs et defensis sibi absolvendis et liberum univando.

Brzosky Brzezinij Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] pers[onali]ter Compa-
rens Nobilis Marina filia ol[im] Petri Brzoska consors Nlis Martini
Brzoska